



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

236. feria 6. de mortificatione Odoratûs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

424 Feria 6. Domin. 9. post Pentecost.

MEDITATIO CCXXXVI.

Feria 6. Domin. 9. post Pentecost.

*De mortificatione Odoratus.*

**V**idebo Dominum JESVM in Calvario  
inter cadavera gravi odore vexatum.  
Petam amore ejus mortificare odoratum  
meum.

**C**onf. 1. Fœtorem ignis æterni, aut purga-  
torij, quem toties promeritus sum; deinde  
odorem suavitatis, quam accipit Dominus  
meus in minima, v. g. odoratus mortifica-  
tione. Egōne hunc gustum D E O negem?  
Plus myrræ, plus meriti. Quódve magis na-  
turæ repugnat, majoris est gloriae. Dominus  
meus minima patientiæ in pretio habuit, &  
acetum, quo potandus erat, è sordido in-  
strumento, spongiâ projectâ inter feralia in-  
strumenta, sumpsit, voluitque patientiæ vo-  
luptate saginari. Nemo melius agit, quām  
qui moribus Christi mortificati est siuilior.

**C**onf. 2. Actiones mortificationis Odora-  
tus sunt: 1. Linteola, interulas, & similia o-  
doribus perfuse, aut non admittere, aut sal-  
tem in meum usum non assumere. 2. Reli-  
quiaria, quæ mecum gesto, ob prætextum  
venerationis Sanctorum odorum suavitate  
non replere, sed odoramentis relictis eas de-  
center deferre. 3. Modicas cordis aut cerebri  
imbecil-

Pentecost.

Peria 6. Domin 9. post Pentecost. 425

XVI.  
entecost.  
atūs.

n Calvario  
e vexatum  
odoratum

aut purga-  
n; deinde  
Dominus

morifica-  
negem?  
magis na-

Dominus  
habuit,&  
ordido in-  
feralia in-

entia vo-  
git, quām  
siuilior.

Odora-  
similia o-  
, aut sal-

2. Reli-  
extum  
uayitate  
s eas de-  
t cerebri  
mbecil-

imbecillitates assiduā bonorum odorum ge-  
statione non curare, sed alijs remedijs, quæ  
minimē lasciviam redoleant, necessitati meæ  
providere. 4. multò minus curiositatis, aut  
oblefactionis gratiâ vestes, aut locum, ut  
suave quid redoleant, permittere, ne me aut  
pudicum minus, aut certè minus cautum  
esse prodant. 5. Cùm necesse fuerit ad ani-  
marum salutem, aut ad aliquod pium opus  
gerendum graveolentiam sustinere, eam  
fortiter perferre, nec propter hanc mole-  
stiam ministeria charitatis omittere. Deni-  
que nihil tam parvum est bona intentione  
factum, ex quo specialis non sequatur pro-  
fectus, neque ullus quidquam tam parvum  
neglit, unde non incurrat meriti detri-  
mentum, ait Dominus S. Gertr. Lib. 4. c. 5 o.

### MEDITATIO CCXXXVII.

Sabbato Domin. 9. post Pentecost.

Quomodo B. Virgo excelluerit in  
mortificatione sensuum.

A spiciam B. Virginem in motionibus cor-  
poris, usu linguæ, oculorum, auditûs,  
gustûs, odoratûs, moderatissimam, Filioque  
Dei, ac sui simillimam. Petam eam imitari.

Conf. 1. Quām profundè B. Virgo pene-  
traverit, sequentes veritates. Præstare, ut  
Deus amet me amore ardentissimo, quām  
ut